UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

S[e]c[und]o ad receptione[m] suauissima[m] respectu s[e]c[und]i aduent[us] q[ui] e[st] su[m]me desiderabil[i].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

Quoꝝ deus venter eſt ꝛc. Tales vtiqꝫ fa
ciunt feſtū ventris plus ſoliciti de refecti-
one carnis moriture ꝙ̃ de refectione men-
tis in eternū durature. Bern̄. Sic ſtulti
extimatores de minimis maximã ꝛ de ma
ximis minimã curã gerunt. Multi em̄ p̄-
parant ſolicite. proh dolor. non corda do-
mino ſed veſtimenta oſtendenda mũdo. Cõ
tra q̃s Matth. xxiij. Ve vobis q̇ munda
tis id qđ deforis eſt: intus aūt pleni eſtis
rapina ꝛ imundicia ꝛc. Ve vobis quia ſi-
miles eſtis ſepulcris dealbatis q̄ a foris
apparent hominibꝫ ſpecioſa: intus ꝟo ple-
na ſunt oſſibus mortuoꝝ ꝛ omni ſpurcitia
Tales vtiqꝫ ſūt qui ſine dei timore viuūt.
quia dicitur Eccl. ij. Qui timent dominū
inquirent que beneplacita ſunt illi: ꝛ ſeq̄
tur. Qui timent dominū p̄parabunt cor-
da ſua ꝛ in conſpectu illius ſanctificabunt
animas ſuas. Nunc itaqꝫ quia dn̄i natiui
tatem celebraturi ſumus: neceſſe eſt vt di
ligētiſſime corda noſtra p̄parem⁹ Amos.
iiij. Preparare in occurſum dei tui iſrl̕. ho
ra eſt igit̃ iã nos de ſomno ſurgere.

Tertio in ep̄l̕a tangit rō-

nis predicte confirmatio: cum dicit̃. Sed
induimini dominū ieſum chr̄m. q. di. bene
debetis abijcere opera tenebraꝝ ꝛ indue-
re arma lucis qualiter non poteſtis indue
re dominū ieſum chr̄m: quod tamen ē vo-
bis p̄neceſſarium. Induimini igit̃ domi-
nū ieſum chr̄m. i. confortate vos ꝛ cõfigu
gurate ſibi imitando ſanctitatē conuerſa-
tionis ſue quēadmodū decet ꝛ oportet ſin
gulos chriſtianos. Conuenienter aūt dici
tur domin⁹ ieſus indumentū veri chr̄iani.
Indumētū eniꝫ eſt corp̄is circūdatiuum:
interni caloris conſeruatiuū: ꝛ nocumenti
exterioris p̄ſeruatiuum ſiue repulſiuū. ſic
dominus ieſus p̄ñs cordi humano p̄ grãꝫ
ip̄m vndiqꝫ circūdat: feruorē charitatis cõ
ſeruat ꝛ ab hoſtibꝫ p̄ſeruat. Iđ bn̄ dicitur
Induimini Eph. iiij. Renouamini in ſpi
ritu mentis veſtre ꝛ induite nouuꝫ hoiem
.ſ. chriſtum q̇ ſm̄ deum creatus ē ſcꝫ q̄ ad
ad humanitatē in iuſticia ꝛ ſanctitate veri
tatis. In p̄dictis autem ꝟbis vicꝫ indui-
mini dominū ieſum chriſtuꝫ p̄ illa tria no
mina dominū: ieſum chr̄m: intelliguntur
tres cõditiones deſiderabiles propter q̄s

vicꝫ tota mente deſiderare debem⁹ ſic in-
dui. ¶ Prima eſt conditio venerande ſub-
limitatis quia dn̄m Apoc. xix. Dn̄s do-
minantiū. Ideo ip̄m induimini p̄ ſubiecti
onis reuerentiã. ¶ Scđa eſt ꝯditio deſi-
derande vtilitatis quia ieſum. i. ſaluatorē.
Mat. j. Vocabis nomen eius ieſum. ip̄e
em̄ ſaluū faciet p̄pl̕m ſuum ꝛc. Ideo ipſuꝫ
induimini p̄ affectionis beniuolentiam
¶ Tertia eſt conditio obſeruande neceſſi-
tatis quia chriſtum. i. vnctum plenitudīe
gratie a qua omnis alia gratia deriuat̃.
ꝛ ſic gratiam que nobis p̄maxime neceſſa-
ria eſt habere non poſſumus niſi ip̄m idu-
amur. Joan. j. Gratia et veritas p̄ ieſum
chriſtū facta eſt. Et ibidem: de plenitudīe
eius omnes accepimus. Ideo ip̄m indui-
mini p̄ conformationis efficaciã: quia chri
ſtiani dicimur a chr̄o. Hec itaqꝫ nos exci
tare debent ad dominū induendū. h̄ eſt ei
indumētū digniſſimū: vtiliſſimū ꝛ maxie
neceſſarium. ergo ſine retardatione indui-
mini dn̄m ꝛc. quia hora ē iã nos đ ſomno
ſurgere. Ber. Vos q̇ in puluere eſtis ex-
pergiſcimini ꝛ laudare. Ecce dominus ve
nit cum ſalute: venit cuꝫ vnguentis: venit
cum gloria. Neqꝫ enim ſine ſalute venit ie
ſus: neqꝫ chriſtus ſine vnctione: neqꝫ ſine
gloria venit ip̄e filius dei: ſiquidem ip̄e ē
ſalus: ipſe vnctio: ipſe gloria. Hec ille. O
igitur anima peccatrix anima ſomnolenta
negligens dura ꝛ pigra expergiſcere ꝛ cõ
templare deuote aduentus filij dei dulce-
dinem pro natiuitate. Sicut em̄ dicit Au
guſtinus. Venit ad nos celeſtis negocia-
tor accipere contumeliã ꝛ dare honorem:
ſubire mortē ꝛ dare vitam: haurire igno-
miniã ꝛ dare gloriam. Accepit quod hic
abūdat naſci laborare ꝛ mori. dedit rena
ſci reſurgere ꝛ in eternū regnare. Hec ille
Audi igit̃ aia audi paulū miniſtrū chr̄i
ſponſi tui q̇ dicit Induimī dn̄m chriſtum.
Immo poti⁹ audi ipꝫ ſpõſū dicētē Can̄. viij.
Pone me ſicͤ ſignaculū ſup̄ cor tuū ꝛ ſic ſi-
gnaculū ſup̄ brachiū tuū. Hec ille. Et ſic
hortat̃ ſapiens Eccl. v. Ne tardes ꝯuerti
ad dn̄m ꝛ ne differas de die in dieꝫ ꝛc. qm̄
ſicut dicunt verba p̄aſſumpta p̄ themate
Hora ē iã nos ꝛc.

SEcūdo hora eſt vt nos p̄paremus ad
receptionem ſuauiſſimã ꝛ h̄ reſpectu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſ. dn̄i aduent⁹ qui eſt ſūme deſiderabilis. ſ.
aduēt⁹ in mēte. Quid eīn deſiderabili⁹ eē
pōt eo in q̄ ſunt oīa deſiderabilia: et ꝓpter
quē finalr̄ habēdū cetera oīa ↄ̄ſiderabilia
ſunt. Aug⁹. Auge dn̄e deſideriū ⁊ da q̄d
peto: qm̄ ſi cūcta q̄ feciſti dederꝫ mihi non
ſufficit ſeruo tuo niſi teipm̄ dederꝫ. Bern̄.
in ſer. de triplici innouatiōe. In p̄mo aduē
tu venit in carne ⁊ īfirmitate. In h̄ medio
in ſpū ⁊ ↄ̄tute. In vltio in glīa ⁊ maieſta
te. Aduēt⁹ ſiq̄dē iſte medi⁹ via q̄daꝫ eſt ꝑ
quā a p̄mo venit ad vltimū. In p̄mo fuit
chr̄s redemptio nr̄a. in vltio appar[illegible]bit vita
nr̄a. In iſto reqeſeſt ⁊ ↄ̄ſolatio nr̄a. Idē
ſuꝑ Can̄. ſer. lxxxv. Magnuꝫ bonū q̄rere
deū. Ego h̄ nulli in bonis aīe ſcd̄m exiſti
mo: nō pedū aūt paſſib⁹ ſꝫ deſiderijs q̄rit̄
de⁹. Hec ille. Miſerrim⁹ ꝑfecto q̄ hūc di
uinū aduentū nō deſiderat[illegible] q̄ ad ipm̄ re
cipiendū nō ſe p̄pat. Aug⁹. Ve miſere aīe
q̄ chr̄m n̄ q̄rit nec amat / arida manet ⁊ mi
ſera. Hec ille. Hora ē igit̄ vt nos p̄pem⁹ i
hoc ſacro tp̄e vt ipm̄ dn̄m in mentib⁹ no
ſtris recipe valeam⁹. Hec aūt p̄patio nō
corpis ſed cordis ē: q2 ⁊ corde q̄redus eſt
de⁹: ⁊ coꝛ nr̄m ipe q̄rit ⁊ in nr̄o corde dignat̄
hitare. De p̄mo Sap. j. In ſimplicitate
cordis q̄rite illū. Et Deut. iiij. Inuenies
eū ſi tn̄ toto corde q̄ſieris. De ſcd̄o puer.
xxiij. Fili p̄be mihi coꝛ tuum. De tertio
Eph. iij. Interiorē hoīem hitare chr̄m ꝑ
fidē in cordib⁹ vr̄is. Sūt igit̄ corda p̄pan
da vt dn̄m ieſū ſpūalr̄ ſuſcipiam⁹. Et hoc
triplici p̄paratiōe

¶ Prima ē p̄patio ornatiue diſpoſitiōis.
¶ Scd̄a eſt aperitiue affectiōis.
¶ Tertia eſt ↄ̄firmatiue vnionis

Prima igitur ē p̄patio ⁊c̄.

Nō eīn hitare vult niſi i corde mūdo ⁊ or
nato. Ps. Tu aūt in ſcō hitas. Videm⁹
eīn q̄m p̄ncipi terreno p̄pat̄ hoſpitiū mū
dū ⁊ ornatū: q̄nto magis celeſti regi p̄pan
dū eſt coꝛ mūdū ↄ̄tutib⁹ ornatū. Eſt aūt
hmōi diſpoſitio ornatiua neceſſaria triplex

¶ Prima eſt diſpoſitio imūdoꝝ purgati
ua. Greg. Si amic⁹ diues ⁊ potēs domū
veſtrā intraret: cū oi freq̄ntia tota domus
mundaret̄. Tergat ḡ ſordes praui opis q̄
deo p̄pat domū cordis. Haymo ſuꝑ Ioā.
Dn̄m deū tuū ſuſcept[illegible]⁹ hitaculū cor
dis tui emūda ↄ̄ſciam tuā ab opib⁹ mor
tuis ⁊ a ſuꝑfluis ⁊ imūdis cogitatōib⁹. q2
mūdus ihitatoꝛ: mūdā querit domū. Et
Bern̄. ſer. de aduētu. Sicut ad operandaꝫ
ſalutē in medio terre ſemel venit in carne
viſibil̄ de⁹: ita q̄tidie ad ſaluādas aīas ſin
guloꝝ in ſpū venit ⁊ inuiſibil̄. Nec te opoꝛ
tet o hō maria trāſire: n̄ penetrare nubes:
nō trāſalpinare neceſſe ē. Vſq3 ad temet
ipm̄ occurre q̄m ꝓpe eſt ↄ̄bū in oꝛe tuo ⁊ in
corde vſq3 ad oris cōfeſſionē ⁊ cordis cō
pūctionē: accurre vt ſaltē exeas de ſterq̄li
nio miſere ↄ̄ſcie: qm̄ idignū eſt illic autoꝛē
puritatꝫ itrare. Hec ille. ¶ Scd̄a ē diſpo
ſitio neceſſaria ordinatiua. In hoſpitio ei
principis reqrunt̄ vtenſilia ⁊ paramenta.
Nec eīn ſufficeret mūdatio. Domū ei mū
dā ſi vacans fuerit pōt ſpūs imūd⁹ inha
bitare: vt habetur Matth. xij. et Luc. xj.
Exo. xx. In omī loco in quo memoria fu
erit nomis mei veniā ad te ⁊ bn̄dicam ti
bi. Quid aūt hoſpiti chriſto ꝓuidendum
ſit / figurat̄. iiij. Reg. iiij. vbi de heliſeo ꝓ
pheta dt mlier ſunamitꝫ viro ſuo. Aniad
uerto q̄ vir dei ſanct⁹ eſt iſte qui tranſit ꝑ
nos frequēter. Faciamus ḡ cenaculū par
uum ⁊ ponam⁹ ei in eo lectuluꝫ ⁊ menſam
et ſellam ⁊ cādelabꝛū: vt cum venerit ad
nos maneat ibi. Hec ibi. Sunamitꝫ iter
pretat̄ miſera vel captiua: mortificans vel
mortificata. et cōueniēter ſignat animā ratio
nalem adhuc in corꝑe exiſtentē que miſe
ra eſt ⁊ captiua. quia vt dicit̄ Sap. ix. Coꝛ
pus quod corrūpit̄ aggrauat animā. De
bet etiā eſſe mortificans corpus ⁊ morti
ficata q̄ ad affectiones ſenſuales. Col. iij.
Mortificate mēbꝛa veſtra que ſunt ſuper
terrā: fornicationē: imūdiciā: libidinē: cō
cupiſcētiam malā: ⁊ auariciā que eſt ſimu
lacroꝝ ſeruitus. Heliſe⁹ aūt interp̄tat̄ de
us meus ſaluatoꝛ. Ideo cōueniētiſſime fi
guram chr̄i gerit. Si ḡ veꝝ heliſeū. i. chri
ſtum vis habere hoſpitē: prepara p̄mo ſi
bi cenaculū paruulū. i. coꝛ hūile. Aug⁹. ix.
confeſ. O q3 ſuauis es dn̄e: humiles coꝛ
de ſunt dom⁹ tua. Secundo p̄para lectu
lum. i. coꝛ quietū / in quo ipſe domin⁹ vt in
lectulo quieſcat. quia vt dicit Ps. In pa
ce factus eſt locus eius. Cant. j. Lectul⁹
noſter floridus. Eſt aūt cōſcientia trāq̄l
la ſiue quieta (vt dicit Hugo li. conſcientie)

que omnib⁹ eſt dulcis: nulli grauis: vtens amico ad gratiam: inimico ad patientiã: cunctis ad beniuolentiam: quibus poteſt ad beneficentiam: ſeipſa ad iuſticiam. Hec ille. Tertio ꝑpara ſellam. i. ſpei ſoliditatẽ. Sedens quidẽ in ſella nec omnino erect⁹ eſt neq; prorſus inclinatus ſiue depreſſus. Sic ſpes nec oĩno eleuat cor ꝑ omnimodã ſecuritatẽ nec illud ſinit prorſus deprimi ꝑ deſperationẽ. Securitas eñ ſiue certitudo ſpei eſt excluſiua deſperationis: diffidẽtie: ſed non timoris. Imo timor eã concomitat. Ps. Bñplacitum eſt dño ſup timẽtes eũ et in eis q ſperant ſup miſericordia ei⁹. Nota quõ ſpem ⁊ timorẽ coniũgit. Quarto ꝑpara menſam. i. obedientiã. Sicut eñ menſa recipit cibaria ⁊ iterũ ꝺ menſa ſumũtur vt inde ori applicent: ſic obedientia recipit iniuncta mandata/ ⁊ de obedientia ꝓcedit iniunctoꝝ impletio que ẽ quaſi cibus chri. i. gaudium eius Eſa. lxv. Gaudebo ĩ ppl'o meo. i. mihi per obedientiã ſubdito. Ioan. iiij. Meus cib⁹ eſt vt faciã voluntatem eius q miſit me. vt faciã iniquitatem ꝑ me q̃ per membra mea Eccl. xxix. Tranſi hoſpes ⁊ orna mẽſam. Quinto ꝑpara candelabrũ. i. rectã cordis intentionẽ. Sic eñ candelabrũ ſuſtinet ⁊ portat lumẽ: ſic intẽtio recta ſuſtinet ⁊ dirigit lumen virtuoſe operationis. Hec eſt aũt rectitudo intẽtionis vt fiat opus bonum ꝓpter gl'iam dei. Mat. v. Sic luceat lux v'ra corã hominib⁹ vt vi. ope. ve. bona ⁊ gl'ificent prẽm veſtrũ ⁊c. Ps. De⁹ glorificat in concilio ſanctoꝝ i quib⁹. ſ. habitat deus. Sic itaq; oportet deo ꝑparare cor humile: quietũ: ſperans ĩ dño: obediẽs ⁊ in dei gloriã tendẽs Treñ. iij. Leuemus ſcz in deũ ⁊ eius gl'iam corda nr̃a cum manib⁹. i. opib⁹ Hierem. xxxj. Dirige cor tuũ in viã rectã. ¶ Tertia ẽ diſpoſitio ornamentoꝝ cuſtoditiua ne ſcz aliq feditate maculent: vel etiã ne hoſtes cõtrarij ibidem ingrediant. Eſt eñ cor mũdũ ⁊ ornatũ diligenter cuſtodiendũ Prouerb. iiij. Omni cuſtodia ſerua cor tuũ q̃m ex ipſo vita ꝓcedit. Berñ. A corde tanq̃ a radice ꝓcedunt bona ⁊ mala.

Scđa eſt preparatio aperitiue affectionis.

Eſt eñ cor ornatũ ⁊ i ſe diſpoſitũ deo aperiendũ. ij. Mach. j. Adaperiat dñs cor v'rm ⁊c. Et Apoc. iij. Ecce ego ſto ad oſtiũ ⁊ pulſo ſi quis audierit vocẽ meã ⁊ aperuerit ianuã intrabo ⁊c. et Cant. v. petit ipſe ſibi aperiri dicens. Aperi mihi ſoror mea/ amica mea/ columba mea ⁊c. Vide q̃ dulciter inuitat. Et reuera inuitatio tã dulcis ⁊ denominatiões tã gratioſe q̃b⁹ ſponſam ſuã vocat debẽt cor humanũ multũ tangere ⁊ incitare vt ſeipſm aperiat ꝑ ſanctũ deſideriũ. Cordis aũt materialis diſpoſitio figurat q̃liter debeat ẽẽ mens aperta. Eſt eñ cor latũ ſuperi⁹ ⁊ ſtrictũ inferi⁹ ꝑ qð ſignat q debet ẽẽ ſtrictũ ⁊ clauſũ circa iferiora ⁊ latũ ⁊ aptũ ad ſupiora Col. iij. Que ſurſũ ſunt ſapite nõ q ſup terram Itẽ cor eſt triãgulatũ ꝑ qð ſignat q mẽs hũana debet ẽẽ apta ad tria. ¶ Primo ad mandatoꝝ intelligentiã ſiue mẽoriã Eccl. iij. Que tibi ꝑcepit de⁹ cogita ſemꝑ. Deu. vj. Erũt verba hec q ego ꝑcipio tibi ĩ corde tuo. ¶ Scđo ad exequendoꝝ diligentiã. ij. Para. xix. Cum diligentia cũcta facite. Ibidẽ. Confortamini ⁊ agite diligent ⁊ erit dñs vobiſcũ in bonis. et Col. iij. Quodcũq; facitis ex animo operamini ſic dño ⁊ non hoib⁹: ſcientes q a dño accipietis retributionẽ hereditatis. ¶ Tertio ad diuinoꝝ donoꝝ effluentiã Treñ. iij. Bonũ eſt cum ſilentio ꝑſtolari ſalutare dñi ſcz vt cor cum deſiderio expectet donum dei. Aug⁹. Quod deſideras nõ vides: ſed deſiderãdo capax eris. Lu. xij. Cum venerit ⁊ pulſauerit cõfeſtim aperiant ei. Greg. Huic confeſtim aperim⁹ ſi hũc cũ amore ſuſcipim⁹.

Tertia eſt preparatio confirmatiue vnionis.

Cor eñ mundũ ornatũ ⁊ diſpoſitũ atq; deo aptum ẽ ipi deo firmiter vniendũ ⁊ ſtabiliendũ Eccs. xj. In bono ſit cor tuũ. Heb. xiij. Optimũ ẽ grã ſtabilire cor. Eccl. v. Eſto firmus ĩ via dei Ps. Mihi aũt adherere deo bonũ ẽ. Hec vtiq; adheſio ꝯfirmat cor humanũ in bono eo q ipm vnit. Nam ſcðm phos: virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa. Et ſic dicit j. Cor. vj. Qui adheret deo vnus ſpũs ẽ. Vñ p̃z q in corde ſic vnito habitat deus. Vt igit ĩ h ſacro tpe dñm hẽre poſſis ĩ corde tuo ꝑ aduentũ ei⁹ ſpũalem ſtudẽ ꝑparare cor tuũ. Nã ſic dr̃ Prouer. xvj. Hoĩs eſt animũ ꝑparare. Nihil vtiq; ꝓdeſſet no

bis aduent⁹ in carnē: niſi nobis adueniret in mentē. Nec aliquid nobis ꝓdeſſet celebrare illū ꝑmū dn̄i aduentū ⁊ ei⁹ natiuitatē niſi in mentib⁹ nr̄is facerem⁹ ſpūalis aduent⁹ ei⁹ ſolēnitatē. Sed heu heu ꝙ pauci faciūt/ ꝙ pauci ſe diſponūt/ ꝙ pauci ad hāc ſolēnitatē veniūt. qđ reuera valde dolēdū eſt Tren. j. Vie ſion lugent eo ꝙ nō ſint q̄ veniāt ad ſolēnitatē. O igit̄ aīa rōnalis ſomnolenta in pctis dormiens imo etiam mortua. Attende qđ dic̄ ſaluator Joā. v. Venit hora ⁊ nunc eſt qn̄ mortui .ſ. in peccatis audient vocē filij dei ⁊ q̄ audierint viuent .ſ. vita grē. Igit̄ ſic̄ dicit pſ. Hodie ſi vocē ei⁹ audieritis nolite obdurare corda vr̄a. hodie inquā qꝛ in pn̄ti eſt tp̄s audiendi. nolite igit̄ obdurare ⁊c̄. i. vlteri⁹ ptinaciter in pctō ꝑſeuerare: qꝛ hora eſt iā nos de ſomno ſurgere.

Tertio hora ē. i. accelerandū ē vt nos ꝑparemus ad expectationē certiſſimā: ⁊ hoc reſpectu vltimi aduent⁹ vicȝ ad iudiciū tā ꝑticulā e in hora mortꝭ ꝙ vniuerſale in fine mūdi. Luce. xij. Vos ſiles hominib⁹ expectantib⁹ dn̄m ſuū qn̄ reuertat̄ a nuptijs. Et ſequit̄ poſt. Et vos eſtote parati. Acceleranda eſt aūt hmōi ꝑparatio ꝑcipue ꝓpter tria.

Primo ꝓpter ꝑueniendi tp̄is dubietatem.
Scđo ꝓpt̄ euadēdā demōis calliditatē
Tertio ꝓpt̄ mitigādā iudicij ſeueritatē.

Primo propter preueniēdā

temporis dubietatē. Jō Luc. xij. poſtꝙ dixit: Et vos eſtote parati: ſubdit. qꝛ q̄ hora non putatis filius hominis veniet. Et Matt. xxiiij. Si ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet vigilaret vtiqꝫ ⁊ n̄ ſineret perfodi domū ſuā. ideo ⁊ vos eſtote parati quia qua hora non putatis filius hominis veniet. Sicut em̄ dicit Seneca. Multos vitam differentes mors incerta preuenit. Itaqꝫ omnis dies velut vltim⁹ iudicandus eſt. Et Greg. Horam vltimā ideo voluit dominus nobis eſſe abſconditam vt ſemꝑ haberet̄ ſuſpecta ⁊ quā preuidere non poſſumus ad illā ſine intermiſſione preparemur. Hec ille. Preparate itaqꝫ diligenter corda veſtra vt digne celebrare poſſitis aduentum dn̄i Neſcitis enim ſi iā amplius decetero aduentū dn̄i ⁊ ſanctam eius natiuitatē celebrare poteritis: qꝛ forte ante annū elapſum veniet vobis hora mortis. Matth. xxv. Vigilate itaqꝫ quia neſcitis diem neqꝫ horam. Ideo ſcientes ſi. qꝛ hora eſt ⁊c̄.

Secundo propter euadēdam

demonis calliditatē Leo papa in quodam ſer. Non deſinit hoſtis antiquus deceptionū laqueos vbiqꝫ ꝑtendere et vt q̄q̄ modo fidem credentiū corrumpat inſtare Ideo dicit Petrus. j. Pe. v. Vigilate q̄a aduerſarius veſter diabolus tanqꝫ leo rugiens circuit ⁊c̄. Callidius aūt ⁊ vehemētius impugnat hominē in articulo mortis Greg. Tanto demon grauiores tentationes ingerit quāto magis pctōrem fini appropinquare conſpicit. Pſ. Ipſi ſcȝ demones calcaneū meū. i. finē vite obſeruabūt Et Gen. iij. dicit dn̄s ad ſerpentē. Tu inſidiaberis calcaneo eius. Prepara igit̄ animā tuā diligenter ⁊ diabolū repelle ne forte in mortis articulo non poſſis eū repellere cū voles. Quia ſicut dicit Beda. Diabolus quanto diutius poſſedit tanto difficilius dimittit. In cuius figura: pharao nolebat dimittere et vix dimiſit pplm̄ qui ſibi diu ſeruierat. vt patꝫ Exo. plurib⁹ ca. Hora eſt igit̄ vt te ꝑpares. Ecci. ij. Prepara animā tuā ad tentationē.

Tertio propter mitigādā

iudicis ſeueritatē. Sicut dicit Gregorius Qualis hinc quiſqꝫ egredit̄: talis in iudicio ꝑſentabitur. Et Cyprianus ponit hāc regulam generalem q̄ etiā ponit̄ in decre. de. pe. diſt. j. c. Nunquid. Qualem te inuenerit deus: talē te iudicabit. Studeas ergo dum potes irā iudicis mitigare qꝛ tunc implacabilis erit ira eius. Sap. xix. Impijs vſqꝫ i nouiſſimū ſine miſcđia ira ſuperuenit Nunc ergo dum tp̄s habes ſtudeas iram iudicis placare. Ecci. xviij. Ante iudiciū para iuſticiam. Prepara igit̄ aīam tuā cū oī diligentia. Ecci. xxxvj. Feſtina tp̄s ⁊ memēto finis. Audi etiā qđ dicat mortu⁹ viuo. Ecci. xxxviij. Memento iudicij mei ſic ei erit ⁊ tuū Mihi heri ⁊ tibi hodie. Acſi diceret Tp̄s q̄ operari potui tranſiuit: ſȝ tibi adhuc operari licȝ. O ſi cū mortuis verbum hēre poſſes audires vtiqꝫ quantū de